

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quod templum hoc caeteris orbis ecclesiis, muris columnis, & marmore,  
antecellere voluerit. Cap. XXX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

*Quod templum hoc ceteris orbis ecclesiis, muris columnis,  
et marmore, antecellere voluerit.*

CAP. XXX.

**P**Ar est igitur, ut tua prudentia ita opus disponat, & prouide res quaque accuret necessarias, quo non modo sanctuarium templi reliquis omnibus, quae vbiique sunt, pulchritudine antecellat, sed etiam ceterae eius partes tales sint, ut omnia templa, quae in singulis ciuitatibus primas tenent, huius ædificii dignitate longè supererentur. Ac de partibus erigendis, exquisitoque artificio perpoliendis, tum Draciliano amico nostro, qui nonnullas aliarum prouinciarum partes admiristrat, tum vestræ etiam prouinciae præfecto, scito cumram à nobis esse impositam. A nostra enim benignitate illis imperatum est, ut qui artifices, qui operarii, quae ue res aliæ fuerint ad illud ædificium necessariæ, à tua prudentia discant, ac statim ipsorum prouisione eo mittantur. Quod autem attinet ad columnas ceteras, uæ partes ex marmore conficiendas, quas ipse existimaueris vel ad decus illustriores, vel accommodatores ad diuturnitatem fore, cum eas quasi summatim tecum consideraueris, fac ad nos diligenter prescribas: ut cum ex literis tuis, quibus rebus opus fuerit, intellexerimus, vnde eadem illo comportari possint. Nam locus ille qui totius orbis terrarum facile primas fert, omnibus ornamentiis meritò illustrandus est.

*Vt Macarius Constantinum de pulchritudine conchæ, iudicæ dices verò, quot artificibus ac qua materia opus effet, certiores facheret.*

CAP. XXXI.

**T**Estitudinem vero sanctuarii, laqueatam ne facere, an alio quodam fabricæ genere extruere placeat, abs te certior fieri velim. Quod si fiat laqueata, scitè quoque inaurari poterit. Restat igitur, ut tua sanctitas illis, quorum iudicio, ut supra dictum est, rem permisimus, quibus operariis, quibus artificibus, quibus denique sumptibus opus fuerit

M m 4

fuerit